24.

Kaiser Otto II. eignet auf Bitten seiner Gemahlin Theophanu, des Markgrafen Thietmar und der Grafen Wigger und Gunzelin dem Bischof Gisiler von Merseburg zu dem von letzterem angelegten Dorfe Makerrode zugleich das in der Grafschaft des Grafen Sibert gelegene Dorf Bessingen zu.

Treben, 97[8] März 19.

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Staatsarchiv Berlin.
Gedr.: Jaffé, Diplomata quadraginta 19. Stumpf 736.
Anm.: Vergl. Einl. 12 Anm. 35 und 31 Anm. 184. S. A. 19 Anm. 35 und 56 Anm. 184.

(C.) :In nomine sanctae et individuae[a]) trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus. Omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet ac futuris: notum esse volumus, quo modo vir venerabilis Gisalharius noster videlicet fidelis episcopus nostrae legationis ac servitutis causa, in quibus plus omnibus maxime ac fideliter laboraverat, de Italia regrediens ad locum quendam Trebuni nominatum, in quo tunc temporis moravimus, ultra Salam fluvium situm, ad nos venit ac nostram celsitudinem humillimis ac devotis praecibus adiit petens et obnixe sufflagitans, ut nos in dandis praediis ad eius locum Makkanroth dictum, quem tunc noviter a fundamento silvas eruendo construxerat, aliquod auxilium vel augmentum nostra regia vel imperiali largitate contulissemus. Cuius vero petitionem, uti dignum erat, benigna aure suscipientes ac voto ac interventu dilectae coniugis nostrae Theophanu nostrorumque fidelium comitum Thiatmari videlicet marchionis atque Uuikkeri comitis, Gunzelini comitis ceterorumque perplurium interventionibus obtemperantes praedicto fideli nostro Gisalhario — — tradimus atque in proprium ius donamus, quicquid proprietatis in nostro iure hactenus habuimus in villa Beisingon nominata et in comitatu Siberti comitis sita — —.

:Signum domni Ottonis invictissimi (M.) imperatoris augusti.: (SJD.) (SR.)

:Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Uuilligisi archicappellani notavi.:

Data XIIII. kal. april.[b]) anno dominicae incarnationis DCCCCLXXVIIII., indictione X., anno vero regni secundi Ottonis XXI., imperii autem XI.; actum Trebuni; feliciter amen.

25.

Kaiser Otto II. bekundet einen Gütertausch zwischen dem Erzbischof Adalbert von Magdeburg und dem Schenken Liuvo, mehrere im Schwabengau und Gau Serimunt und in der Grafschaft Thietmars gelegene Orte betreffend.

Grone, 978 Mai 10.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg.
Gedr.: v. Heinemann, Cod. dipl Anhalt. 1,49. Stumpf 728.
Anm.: Vergl. Einl. S. 11 Anm. 27. S. A. 17 Anm. 27.

(C.) [:In nomine sanctae][a]) et individuae trinitatis. Otto divina concedente clementi[a imperator augustus. Notu]m esse cupimus cunctis fidelibus nostris tam presentibus quam et futuris:, qualiter vir venerandae probitatis Adalbertus sanctae Magade-

24. *a)* indiuae. *b)* kł aprił.
25. *a) Loch.*